


Birgitta

Orationes. Add: Aurelius Augustinus, S: Oratio ...



Inkunabel I 162 = F1700 I353

Tillkomstår not before 1510;
Digitaliserad år 2015





BOUND BY RAMAGE



Kungl. Biblioteket
STOCKHOLM

F. 1700

Teol.

Birgitta

B

F 1700

1753a

BIRGITTA ORATIONES.

[Rom; Eucharicus Silber, ca. 1495.]
gw 4371.

Semmanbunden med: INDULGENTIAE
ecclesiarum
ORBIS ROMAE, ROM 1507.

= Ind. Collige 1162.

SKW 4371



22/970

Kungl. Biblioteket
Thore Virgin ^{från}

föreläst 20 juli 1916.
skänkt april 1922

ENTIAE

22/1970

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include words like "Schrift" and "Versteht".

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include words like "Inhalt" and "Versteht".

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include words like "Versteht" and "Versteht".

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include words like "Versteht" and "Versteht".

163

Orationes sancte Brigide. cum
oratione sancti Augustini.



Hee sunt quindecim collecte siue orationes illius preclarissime uirginis beate Brigitte quas ante imaginem dñi nri iesu xpi crucifixi indies deuotissime dicebat.

O Domine iesu xpe eterna dulcedo te amantium iubilus excedens omne gaudium & omne desiderium salus & amator penitentium peccatorum qui delicias tuas attestatus es esse cum filiis hominum: propter hominem homo factus in fine temporum. Memento omnis premeditationis & intimi meroris quem ab initio conceptionis tue in humana natura sustinuisti: maxime instante saluberrime passiōis tue tēpore in diuino corde ab eterno p̄ordinato Memēto tristitie & amaritudinis quā in aīa tua te ip̄o attestante habuisti quando dixisti. Tristis ē aīa mea usq̄ ad mortem: & quando in ultima cena discipulis tuis corpus & sanguinem tuum tradidisti: pedes eorum lauasti & dulciter eos consolando imminentem passionem tuam predixisti. Memento tremoris angustie & doloris que in tuo corpore delicato ante passionem crucis tue pertulisti. quādo post trinā orōnem sanguinem sudorē a discipulo proprio tradebaris ab

electa gente capiebaris. a falsis testibus accusa-
 baris a tribus iudicibus iniuste iudicaberis: in
 electa ciuitate in pascali tempore in florida cor-
 poris tui iuuentute: innocenter damnaberis tra-
 debaris cōspuebaris: ueste ppria exuebaris: ue-
 stibus alienis induebaris: colaphizabaris: oculis
 & facie uelabaris: alaphis cedebaris: ad colūnā
 ligabaris: flagellabaris: spinis coronabaris. O
 dulcissime iesu da mihi queso ob memoriā has
 rum penarum & passionū ante crucis tue pas-
 sionem ueram ante mortem meā contritionē
 purā confessionē: dignā satisfactionē: & omni-
 um pētōꝝ meoꝝ remissionem Amen. Aue
 dulcissime iesu xpe miserere mihi peccatori.
 Pater noster. Aue maria. Et iste modus seruetur
 post quamlibet orationem.

Oratio secunda.

O iesu uera libertas angelorum & paradus
 deliciarum: memento terrorum & horro-
 rum quos sustinebas quādo omnes inimici tui
 quasi leones ferocissimi te circudederunt &
 collaphizationibus: cōspuitionibus: unglatio-
 nibus: ceterisq; inauditis supplitis te molestaue-
 rūt. & p omnia cōtumeliosa uerba: dura uerbe-
 ra: durissimaq; tormēra quibus te omnes inimī

et tui affixerūt: deprecor te ut liberares me ab om-
nibus inimicis meis uisibilibus & inuisibilibus &
dones mihi sub umbra alarū tuarū protectionē
salutis eterne inuenire Amen. Ave dulcissime.
Pater noster Ave maria.

Tertia oratio.

O Iesu mundi fabricator & creator quē nul-
li diuerso uero termino metū qui terram
palmo cōcludis: recordare amarissimi doloris
tui quē sustinebas dū sanctissimas manus tuas
ad crucem obtusis clauis primo affixerunt ad p-
forandum delicatissimos pedes tuos cum non
esset conueniens uoluntati eorū dolorem sup
dolorem addiderunt uulneribus tuis: & ita cru-
deliter distraxerunt & extenderunt in longum
& latum crucis tue ut dissoluerentur omnes cō-
pazines membrorū tuorū: precor te per huius
sanctissimi & amantissimi in cruce doloris me-
moriam des mihi timorem & amorem tuum
Amen. Ave dulcissime Pater noster Ave maria.

Oratio quarta.

O Iesu celestis medice recordare languoris
& doloris atq; liuoris quos in alto crucis
patibulo leuatus passus es in omnibus dilacera-
tis mēbris tuis quorū nullū in recto statu suo p-

mansit: ita ut nullus dolor dolori tuo similis in-
 ueniretur: quia a planta pedis usq; ad uerticem
 capitis non fuit in te sanitas: & tunc dolor om-
 niū immemor patrē pro inimicis pie exorasti
 dicēs Pater ignosce illis quia nesciunt quid fa-
 ciunt per hanc caritatem & misericordiā & ob
 memoriā doloris cōcede ut hec memoria ama-
 rissime passionis tue sit omnium peccatorū meorū
 plenaria remissio. Ave dulcissime iesu xpe. Pa-
 ter noster. Ave maria.

Quinta Oratio.

O iesu speculū claritatis eterne memento il-
 lius meroris quem habuisti quando in spe-
 culo serenissime maiestatis tue conspexisti pres-
 destinationem tuam electorū tuorū per merita
 passionis tue saluatorū & reprobationem ma-
 lorum in multitudine dānatorū & per abyssum
 miserationis tue que perditis & desperatis pec-
 catoribus tunc condoluisti: & precipue quando
 latrōni in cruce exhibuisti dicens. Hodie mecū
 eris in paradiso. Rogo te pie iesu ut facias me-
 cū misericordiā tuā i hora mortis mee Amen.
 Ave dul. P̄ n̄. Ave maria. Sexta Oratio.

O iesu rex amabilis totusq; desiderabilis. me-
 memento meroris quem habuisti quando nu-

duſ & miſerabilis in cruce pendifti: & amici fac
noti tui aduerſus te ſteterunt & nullū conſolan
tē inueniebas niſi ſolā dilectā genitricē ī agone
tibi fideliffime aſiſtentē: quā diſcipulo tuo com
mēdaſti dicēs. Mulier ecce filius tuus Et ad diſci
pulum tuū. Ecce mater tua. Rogo te pie ieſu p
gladiū doloris qui tunc eius animam pertransi
uit: ut compatiaris mihi in omnibus tribulatio
nibus & afflictionibus meis corporalibus & ſpi
ritualibus da mihi conſolationē in omni tem
pore tribulationis mee: Amen. Ave dulciſſime
Pater noſter. Ave maria.

Septima oratio.

O Ieſu fons inexhaufte pietatis: qui exintē
mo dilectionis affectu ī cruce dixiſti Sitio
ſ. ſalutem humani generis accende queſumus
noſtrum deſiderium ad omne opus perfectum
& ſitim carnalis cōcupiſcētie & eſtū mūdānarū
dilectionē ī nobis penitus refrigera & extingue
Amen. Ave dulciſſime. Pater nī. Ave maria.

Octaua oratio.

O Ieſu dulcedo cordium ingensq; ſuauitatis
mentium per amaritudinem aceti & fellis
quā p nobis ſuſtinuiſti ī cruce & deguſtaſti: cō
cede nobis miſeris peccatoribus corpus & ſan

166
guinem tuū omni tempore: & ꝑcipue in hora
mortis nostre digne percipere ad remediū &
consolationē aīarū nrāz Amē. Ave dulcissime
iesu xꝑe. Pater nr̄. Ave maria.

Nona oratio.

O Iesu regalis uirtus iubilusq; mentalis: me-
mēto angustie quā passus es quādo ꝑ mor-
tis amaritudine: & iudeorū insultationē cū ma-
gna uoce te a deo ꝑre derelictū clamasti dicēs
Heli heli lamazabatani: quod ē deus meus d̄s
meus ut quid me dereliquisti per hāc angustia
peto te ut in angustiis mortis mee non derelin-
quas me dñe deus meus Amē: Ave dulcissime.
Pater noster. Ave maria.

Decima oratio.

O Iesu alpha & o unio & uirtus in omni me-
dio. Recordare q; a summo capite usq; ad
plantā pedis ꝑ nobis in aquam passionis te dis-
mersisti. ꝑpter latitudinē & magnitudinē uulne-
rum tuorū: doce me ueram caritatē custodire la-
tum mandatū tuū nimis Amē. Ave dulcissime.
Pater nr̄. Ave maria.

Vndecima oratio.

O Iesu abyssus profundissime misericordie:
rogo te propter profunditatem uulnerum

quoꝝ que tranſierunt carnem tuam & medullā
oſſium & intima uiſcerū tuoꝝ ut me ſubmerſuz
in peccatis emergas: abſcōdas in foraminibus
uulnerum tuoꝝ a facie ire tue: donec pertranſe
at furor tuus Amen. Aue dulciſſime ieſu xp̄e .
P̄r n̄r Aue maria.

Duodecima Oratio.

O ieſu ueritatis ſpeculum: unitatis ſignum &
caritatis uinculum: memēto innumerabi
lium uulnerum tuoꝝ: quibus a ſummo capite
uſq; ad ima pedū uulneratus fuiſti: & ab impiis
iudeis laceratus & ſanctiſſimo ſanguine rubri
catus quam magnitudinem dolorꝝ in uirginea
carne tua pertuliſti pro nobis pie ieſu: quid ul
tra facere debuiſti quod nō feciſti. Scribe que ſo
omnia uulnera tua in corde meo precioliſſimo
ſanguine tuo: ut in illis legam dolorem & amo
rem tuum: ut eoꝝ memoria ſemper apud ſecre
tum cordis mei remaneat: ut dolor paſſiōis tue
in me quottidie renouet: & amor augeat uſq;
dum perueniam ad te deſideratum theſaurum
omniū bonoꝝ & gaudioꝝ repletum quod mi
hi donare digneris chriſte dulciſſime in uita.
Amen. Aue dulciſſime. Pater n̄r. Aue maria.

Tredecima Oratio.

O Iesu leo fortissime rex immortalis & invic-
tissime: Memento doloris quem passus es
cū oēs vires corporis cordis tui penitus defecce-
runt: & inclinato capite dixisti: Consumatū est
p̄ hāc angustiā & dolorē tuū miserere mei in ul-
tima cōsumatiōe uite exitus mei cū anima mea
anxiata fuerit: & spūs meus conturbabitur.

Aue dulcissime. Pater noster. Aue maria.

Oratio decimaquarta.

O Iesu unigenite altissimi patris splendor &
figura substantie eius Memento obnixē cō-
mendationis qua patri sp̄m tuum cōmendasti
dicēs. Pater in manus tuas cōmendo sp̄m meū
& lacerato corpore ruptoq; corde cum ualido
clamore patefactis uisceribus misericordie tue
pro nobis redimendis exspirasti: per hanc pre-
ciosissimam mortem tuam deprecor te rex san-
ctorū conforta me ad resistendum diabolo &
sanguini & mūdo mortuus tibi soli uiuam. & in
nouissima hora exitus mei suscipe reuertentem
ad te sp̄m meū exulem & peregrinū Amen.


Aue dulcissime. Pater noster. Aue maria.


Quintadecima Oratio.

O Iesu uitis uera & secunda: Memento sup-
fluentis & habundantis effusionis sangui-

nis tui quem tu de corpore tuo sicut de botro
expresso copiose effudisti: quando in cruce tor-
cular solus caleasti: & per lanceam militarem
perfosso latere nobis sanguinem & aquam pro-
minasti: ita ut minima gutta in te remaneret:
tunc demū quasi fasculus myrrhe in altū suspen-
sus fuisti: & delicata caro tua euanuit: & liquor
uiscerū tuorū exaruit: & medulla ossium tuorū
emarcuit: per hanc amarissimā passionem tuā
& preciosissimi sanguinis tui effusionē precor
te dulcissime iesu uulnera cor meū ut peniten-
tie & amoris lachryme sint mihi panes die ac
nocte: & cōuerte me totaliter ad te ut cor meū
fiat tibi perpetuo habitabile & cōuersatio mea
tibi placita & accepta sit ac finis uite mee te lau-
dabilis ut post terminū uite mee te laudare me-
rar cū oībus sanctis tuis in eternū Amen. Aue
dulcissime. Pater noster. Aue maria.


FINIS.


















MIRABILIA
URBIS
ROMÆ.

ROME 1507

